



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 181. De manso tradito in villa Hemmenthorpe in pago Guddingo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

*frankonbus* (z) mansum unum testef alfric baddo had luithard mynhard adulf.

gubernante  
Corbeiam  
Adalgario.

## §. 181.

Tradidit maynhard mansum unum cum familia uuilling in *hemmenthorpe* (A) testef bodo baddo bern odo syni et alii tref.

## §. 182.

Tradidit odo pro anima uolcmari quidquid habuit in *hiddebus* (B) testef ailharduf uolkeri liefman folcuerc liudbrand.

## §. 183.

Nos *Henricus* dei grā Corbeiē. ecclie abbas tenore p̄ntium protestamur. quod cum bone memorie dñs *Rabanus iunior de Papenbem* miles a nobis bona sua pheodalia reciperet int̄ cet̄a bona decimā in *Rimbeke* nominatim recepit. postmodū cum p̄script̄ dñs *Rabanus* suum testamentū cōficeret. p̄scriptam decimā in *Rimbeke* ad p̄bendā fratrum donauit p̄positure n̄rē Corbeiē. ecclie. Quam donationem ratam tenentes et gratā. auctoritate n̄rā confirmam⁹ et eiusdem decime p̄petatē. q̄ spectabat ad nos. eidem p̄positure liberaliter tribuim⁹ in his scriptis. Ut igitur hec res inconuulsa p̄maneat et p̄petue commendetur memorie. p̄ntem paginā n̄rō sigillo iussim⁹ sigillari. Datum Corbeie anno dñi M. CC. nonagesimo quinto VII. kal. septembris.

His autem litteris adiungimus tabulas abbatis ac conuentus in *Hardehusen Paderbornensis* diocesis, sic habentes :

Nos frater *Johēs* dēus abbas et totus conuentus in *Herfuidibus* uniuersis p̄ntibus et futuris cupim⁹ esse notū quod in recognitione p̄prietatis quorūdam bonorū suorū in *Rimbeke* que bona *Arnoldi* dēi *Hukere* quondā fuerant. nobisq. n̄rōq. monas̄io per ūē. viros dñm *Heinricū* abbatē totumq. conuentū ecclie *Corbeyē*. donatorū liberaliter. custodi ipsi⁹ ecclie *Corbeyē*. tres libras cere ad luminaria b̄ti *Viri* soluere tenebimur. et in festo purificationis b̄te virginis sine difficultate uel ̄traditione annis singulis et p̄petuo p̄soluem⁹. In cui⁹ rei robur et euidentia p̄ntem cartam dedim⁹ sigillatā. Datū anno dñi M. CC. XC. nono quinto idus Januarii.

(z) *Franconbus* villa erat in pago *Hessi* sita. Olim existit ea in terris episcopatus *Paderbornensis* haud procul ab *Hardehusano* monasterio, quod in adducta aliisque *Franconbus* membranis nominatur *Herfuithehusen*. Bona autem *Corbeiensia*, ad *Franconbus* sita, ab abbatibus *Corbeiensibus* postea tradita sunt p̄posituræ seu abbatiæ *Eresburgensi* in Monte *Martis*, hodie dicto *Stadberge*, a qua illa, consentiente *ecclie* *Corbeiensis*, comparauit *Bernhardus* episcopus *Paderbornensis*, qui eadem denique anno 1155 *Herfuithehusano* dedit monasterio.

(A) De villa *Hemmenthorpe* confer §. 226. dicenda.

De villa  
Hem-  
menthor-  
pe.

(B) *Hiddebus* villa erat, restante *Registro* nostro antiquissimo, in pago *Lagne*. Procul dubio itaque intelligitur designata *Heltensen* sita intra p̄fecturam *Hardessen* principatus *Göttingensis*, quæ in aliis membranibus scribitur *Hiddinhuson* et *Heddenhusen*. Nomen eandem villam accepisse a quodam *Hiddi*, probabile est; ad quam vero familiam idem *Hiddi* referendus sit, ignoratur. Illud verisimile est, inter progenitores ducis *Ostfalarum Hessi* existisse quosdam, qui nomen illud ipsum amauerint, a quibus nomen *Hiddi* in familiam *Ecbertinam* seu *Luidolfinam* fluxisse videtur, ut in stemmate *Brunoniano* vidimus ante §. 104. An vero

De villa  
Hiddes-  
hus.